



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Titulus XXXVII. De capellis monachorum & aliorum religiosorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

TITULUS XXXVII.

DE

Capellis Monachorum & aliorum Religiosorum.

Quest. 935. Nomine Capellæ quid veniat?

Resp. nomen Capellæ à pellibus caprarum dici putat Gl. in *C. concedimus: de Consecrat. Dist. 1.* esse nomen francicum, quo significatur tegumentum, quod veluti tentorium extruebant Reges Francorum in castris audiendum sub eo sacrum ex Azor. *Inst. mor. p. 2. l. 3. c. 8. q. 1. & 2.* ait Barbof. *ad princ. h. t.* in iure verò canonico nomine Capellæ venit altare, aliquando Oratorium, sive sacra ædicula à templo sejuncta, vel ipsi templo annexa & adhærens, aliquando sacra ædicula intra templum constructa ferreisque aut ligneis clausa, unum vel plura continens altaria. Aliquando Capella dicitur quælibet Ecclesia etiam parochialis per se & seorsim existens, modò non sit collegiata ut Barbof. *l. c.* ex Gonz. *ad reg. 8. Can. Gl. 5. n. 70.* hic verò potissimum accipitur pro Ecclesia parochiali unita seu incorporata monasterio, sive Ecclesiæ regulari Pirh. *ad pr. h. t.*

Quest. 936. In Ecclesia parochiali seu habente populum cum annexa cura animarum unita monasterio seu Ecclesiæ regulari quis, à quo & qualiter præficiendus Capellanus & rector.

I. Resp. primò dum ea unita est monasterio iure non pleno, sed tantum quoad temporalia v. g. quoad percipiendas decimas aliosve redditus, præficiendus ei non est unus ex monachis, sed præfici debet ei ab Ordinario de consilio seu consensu monachorum sacerdos secularis qui populum regat seu curam illam exercent, ita ut institutio seu ordinatio illius spectet ad Episcopum uti est depositio illius (cùm qui potest instituire, etiam potest & quidem facilius destituere ut Barbof. *l. c. n. 6.* Parif. *de resign. L. 7. q. 10. n. 11.*) & totius vitæ conversatio ab arbitrio hujus solius dependeat, nominatio verò seu præsentatio illius sola spectet ad Abbatem & conventum prout hæc sumuntur ex *c. 1. h. t. & c. 3. de præbendis*, ubi etiam additur quòd institutus in ea rector debeat monasterio, cui facta unio, reddere rationem pro dictis rebus temporalibus. Et juxta illud tenent Sylv. *V. relig. 7. q. 7.* Angel. *V. monachus. n. 5.* Rodriq. *qq. regul. tom. 1. q. 34. a. 4.* Vivian. *in ratione Jur. Pontif. L. 3. pag. 364.* & alii quos citat Barbof. *ad c. 1. h. n. 1. & seq.* idemque asserit *de Off. & potest. Episc. Alleg. 72. n. 188.* quod idem dicendum, ubi jus solum patronatus citra factam unionem quoad temporalia competit monasterio, eò quòd generaliter loquendo ad quavis beneficia secularia etiam curata soli sæculares assumi & præsentari possint, etiam ab Episcopo, nisi ubi necessitas possit contrarium prout docent Felin. *in c. in nostra. de rescript. Garc. de benef. L. 7. c. 10. n. 20.* Covar. *in c. 2. de resam. n. 3.* Pirh. *h. t. n. 2.* de quo vide plura apud me *in for. benef. p. 2. de collat. benef. & inst.* Instituitus tamen in hoc casu Rector vel Vicarius perpetuus, ut Barbof. *cit. alleg. 72. n. 189.* Arg. *c. 31. de præb. c. 2. de privil.*

2. Resp. secundò idem est seu solus rector secularis in tali Ecclesia potest institui à solo Episcopo, monasterio habente solam præsentationem. Quorum ratio est. quòd dum parochia aliqua est unita etiam iure pleno, id est, quoad spiritualia & temporalia monasterio, cura non sit collata ipsi collegio seu conventui monachorum, cùm ibi sint, non ut curam exercent, sed ut regulariter vivant, adeoque cura non est unita monachis, sed potius Ecclesiæ eorum Pirh. *h. t. n. 2.* Barbof. *l. c. n. 2.* Verùm hæc *cit. c. 1.* Dispositio locum habet de iure antiquo. Hodiedum enim dum Ecclesiæ parochialis pleno iure unita monasterio, non prohibentur Abbates seu Prælati regulares ibi constituere Vicarium regularem ab Episcopo examinandum & approbandum ad curam illam exercendam, nisi in literis foundationis expressum, ut per Vicarium sæcularem parochia administraretur, vel nisi ex recepta diuturna consuetudine institui & intitulari debeat Vicarius secularis Laym. *in qq. can. de electione Prælat. q. 206. resp. 1.* Pirh. *l. c.* sic quoque statuit Trid. *sess. 25. c. 11. de regul.* ut in monasteriis & domibus tam mulierum quam virorum quibus imminet cura animarum præter eas, quæ sunt de illorum familia, personæ tam sæculares quam regulares hujusmodi curam exercentes in iis, quæ ad dictam curam & Sacramentorum administrationem spectant, immediate sub sint jurisdictioni, visitationi, correctioni Episcopi, in cuius diocesi sunt sita, nec ibi aliqui, etiam ad nutum amovibiles deputentur, nisi de ejusdem Episcopi consensu & prævio examine ab eo ejusve Vicario per examinatores synodales faciendum, exceptis quibusdam monasteriis & capitibus Ordinum, sive in quibus Abbates Generales seu capita Ordinum sedem Ordinariam principalem habent, quibus unitæ Ecclesiæ qualiter visitari non possint, vide me *in foro benef. p. 1. q. 209.* de quo Concilii decreto plura Rodriq. *l. c. q. 36. a. 4.* Ricc. *in pr. rerum fori Eccles. decis. 738. in 1. edit. & resol. 533. in edit. 2.* Campanil. *in diversor. juris rub. 12. c. 13. à n. 51.* Leo *in Thesaur. fori Eccl. p. 1. c. 8. n. 20.* quos citat Barb. *in c. 1. h. t. n. 5.* Tamen autem per nullam consuetudinem aut statutum induci possit ut prælati inferiores Episcopo, aliive in dignitate constituti deponere vel amovere possint Clericos ministros in Ecclesiis curatis institutos & intitulatos ab Episcopo eidemque subjectos ut cum Franco *in c. unic. h. t. in 6. n. 2. not. 4. & n. 3. in fine.* Pirh. *h. t. n. 4.* posse tamen Prælatos inferiores Episcopo per privilegium vel legitimam præscriptionem non tantum jus instituendi sed & destituendi acquirere etiam privative seu excluso Episcopo, cum Gl. in *cit. c. unic. V. consuetudine tenent Laym. in Concl. Can. de jurisd. Ordinar. Concl. 77.* Pirh. *l. c.* De cætero dum in Ecclesia pleno iure seu quoad spiritualia & temporalia unita monasterio, ita tamen ut populus illius non sit exemptus ab Episcopo, sed ejus jurisdictioni spirituali subjectus, positus in ea Vicarius religiosus obedientarius hunc amovere possit Abbas seu Prælati monasterii. Ut Pirh. *h. t. n. 5.* est tamen talis obe-

obediens, etsi sit ex monasterio exempto, & sic absolute non subiectus Episcopo, eidem subiectus, respective nimirum in iis rebus, quæ ad curam Ecclesiæ & parochianorum & Sacramentorum administrationem spectant v. g. an Fabrica Ecclesiæ & domus parochialis conservetur, utrum nomina Baptizatorum & matrimonio junctorum in libris ad hoc deputatis describantur &c. Ita ut in his ab eo visitari, corrigi & puniri possit, ut constat ex Bulla Leonis X. edita in Conc. Lateran. quæ habetur apud Guarant. in sum. Bullar. V. privilegia Regular. fol. 509. & ex Trid. sess. 25. c. 11. de regul. juxta declarat. S. Cong. Greg. XI. quæ incipit: *Immutabili*. edita anno 1622. & ita Laym. in 99. de elect. prel. g. 208. resp. 2. Pirh. n. 5.

3. Resp. tertio: in Ecclesia tamen monasterio unita jure plenissimo sive quoad omnia, ita ut etiam populus sit exemptus ab Episcopi jurisdictione, Episcopus Diæcesanus nihil habet in tali loco jurisdictionis (intellige quoad institutionem, destitutionem, visitationem, correctionem, ut Wiestn. h. t. n. 10. citatis Abb. in C. cum & plantare. n. 5. Barbof. in C. quoniam de privi. n. 2. Laym. l. c.) Sed tota ad Abbatem pertinet, isque ibi jurisdictionem quasi Episcopalem exercet, estque loco Episcopi seu Ordinarii Innoc. in C. 1. h. t. Laym. l. c. resp. 1. Pirh. n. 4. potestque is solus Vicarium præficere etiam ad nutum amovibilem, cujus postremi ratio est, quod in hujusmodi beneficiis curatis non sit propria institutio, sed potius provisio aliqua administratoria, cum titulo semper apud monasterium manente, ita ut nunquam vacare censeantur, ipseque Prælati sit habitualiter rector illius Reiffent. n. 8. Garc. de benef. p. 11. c. 2. à n. 3. Barb. l. c. Gonz. ad reg. 8. Canc. gl. 5. §. 3. n. 11. & 14. Wiestn. h. t. ubi etiam quod proinde in tali provisione non sit locus investituræ. Illud tamen notandum videtur, quod tamen si prælati talem suum Obedientiarum pro libitu suo sine scitu Episcopi amovere possit, non posse tamen eundem constituere, nisi prius ab Episcopo approbatum ut Reiffent. h. t. n. 8. quamvis & hanc approbationem Wiestn. l. c. n. 10. attribuat Prælato Monasterii, cui Ecclesia plenissimo jure unita etiam privative ad Episcopum. Porro dum hæc ipsa astruit Reiffent. n. 8. de Ecclesia unita pleno jure citatis pro hoc Barbof. cit. Alleg. 72. n. 189. & aliis Idem videtur intelligere de Ecclesia pleno jure seu quoad spiritualia & temporalia simul unita seu incorporata, quod Pirh. & alii de Ecclesia plenissimo jure unita intelligunt. Vide de his plura apud me in foro beneficiis ubi de unione beneficiorum.

Quæst. 937. An & qualiter in hujusmodi Ecclesiis constitui nequeat rector aut Vicarius regularis sine socio.

1. Resp. primo: dum prælati in Ecclesiis unitis suo monasterio constituere possunt Rectorem vel Vicarium regularem, illum ibi (intellige etiam si jure pleno vel etiam plenissimo sint unitæ) solum sine socio statuere vel relinquere non debent aut possunt, pro ut constat ex c. 3. & 4. h. t. item ex c. 2. de statu monachor. in quo refertur desuper decretum in Concilio lateran. quod etsi loquatur de Ecclesiis parochialibus, ne in iis monachi soli sine quibusdam sociis seu fratribus commorentur, comprehenduntur tamen & Prioratus spectantes ad monasterium, cum eadem à Concilio ratio expressa in his quoque locum habeat, & cum Abb. in c. 3. h. t. n. 1. Pirh. h. t. n. 10. dum leges prohibitorias & pœnales, etsi sint stricti juris & interpretationis, pro identitate

tamen rationis, dum ex illa colligi potest, intentionem legislatoris fuisse comprehendere & casum non expressum, ad hunc quoque sunt extendenda. Unde tam in dictis prioratibus quam aliis parochiis earum Rectores monachos commorari solos non posse, etiam de privilegio sedis apostolica, nisi in eo fiat mentio de condicito consilio lateranensi, colligunt Abb. Cardin. Butr. Imol. Host. Anan. & alii. Apud Barbof. in c. 3. h. t. n. 1. cum, ut Idem n. 2. cum Gl. & pluribus aliis à se citatis fuisse declarat, speciale privilegium contra jus commune, eidem non deroget, nisi illius fiat mentio. Mandat proinde Pontifex in c. 3. h. t. Episcopo. ut Abbates & priores, præmissa mentione, per Ecclesiasticam censuram compellant, ut monachos sine sociis versantes in dictis Ecclesiis ad claustra revocent iisdemque secularem deservire curent; vel si id nolint, alios monachos socios illis assignent, ita ut utrumque relinquatur in Prælatocum electione; & si in eo sint negligentes, Episcopus supplendo hanc eorum negligentiam per se ipsum revocare potest, eos solitarios regulares, & secularem Vicarium substituet. Sed neque inter Ecclesias distinguendum videtur ut volunt anchoran. in c. 5. de stat. monach. & Joand. in c. fin. h. t. n. 1. ita ut in Ecclesiis pleno jure subiectis monasteriis, constituto Vicario religioso ad nutum amovibili, socius adjungendus sit: in Ecclesiis verò non ita subiectis monasterio institutus Vicarius regularis sine socio sui Ordinis relinquere possit. Neque ita ut monachi sine socio sui Ordinis illis præfici nequeant, Canonicis verò regularibus non semper necessarii, sed si commode possit adjungendus sit socius. Quamquam hanc distinctionem secundam Glossæ in c. 5. de statu monach. V. religio & Abb. ibidem n. 9. priori distinctioni præferat Sanch. L. 6. mor. c. 6. n. 39. in fine. apud Wiestn. h. t. n. 12. cum alii textus loquantur indistincte.

2. Resp. secundò monachis ad parochiales Ecclesias (intellige se junctas à monasterio) regendas expositis non solum unicum socium (prout de canonicis regularibus disponit cit. c. 5. de statu monach.) sed plures adjungendos esse socios, clare exprimitur in c. 3. & 4. h. t. quin & Pius V. constituit, sua, quæ incipit: *ad exequendam* exigat, ut religiosi mendicantes & monachi, dum in parochiis constituuntur, habitent cum quatuor saltem sociis; quod tamen postea immutatum est; & decretum unum sufficere à Gregor. XIII. viva voce & à S. congreg. declaratum apud Guarantam in sum. Bullar. V. Vicarius perpetuus. fol. 638. Garc. cit. L. 11. c. 2. n. 12. Tambur. de jure Abb. Tom. 3. c. 9. q. 3. num. 3. Pirh. h. t. n. 12. in fine.

Quæst. 938. An, quæ, qualis & quanta assignanda Vicariis Ecclesiarum unitarum seu incorporatarum monasterio, capitulo, vel universitati portio.

1. Resp. primò de rebus, fructibus, emolumentis Ecclesiæ unitæ Vicario perpetuo assignanda & præstanda portio, quæ ad sustentationem illius honestam sufficiat, consideratis circumstantiis personæ illius, Ecclesiæ reddituum, consuetudine jurium Episcopaliū solvendorum taxanda prout sumitur ex Trid. sess. 6. de reform. c. 2. & sess. 7. c. 5. & 7. c. 3. h. t. pertinente ad iudicium & arbitrium solius Episcopi, quam quantitas sufficiat, ut dicitur c. 2. de præb. & Trident. cit. sess. 7. c. 7. à quo Episcopi iudicio non datur appellatio suspensiva; cum venter non patiatur dilationem, bene tamen devolutiva. Pignat. Tom. 7. consulti. 127.

3. Resp.

2. Resp. secundò in eo, ex quibus hæc portio desumenda non conveniunt AA. desumendum tantum ex redditibus & fructibus Ecclesiæ unitæ certis, & non ex incertis proventionibus, ut sunt fructus stolæ, nimirum emolumenta provenientia ex administratione sacramentorum Baptismi, extremæ unctionis, benedictione nuptiarum, introductione puerperarum, funeralibus &c. tenent cum communiore Barb. L. 3. *Jur. Eccles. univ. c. 6. n. 44.* Leo *in thes. Eccl. p. 1. c. 31.* Pignat. *tom. 3. consult. 31.* Pirh. *ad tit. de preben. f. 1. n. 44.* & alii apud Reiffenst. *h. t. n. 13.* ex ea ratione, quòd vicario debeatur portio congrua certò sufficiens & ex proventibus Ecclesiæ, quales non sunt jura stolæ utpote fructus officii & laboris; & ne aliàs tales Vicarii occasionem sumant & veluti adigantur non sine nota avaritia, & quandoque injuriæ & simoniæ ad turpiter quærendas & directe vel indirecte sollicitandas oblationes & mercedem ex administratione Sacramentorum aliorumque munerum pastoralium. Unde murmuraciones plebis irreverentia & contemptus sacrorum. Contrarium directe æque probabiliter si non probabilius tenent Gonz. *ad Reg. Cancell. in proem. §. 7. n. 185.* Guttier *Conf. 8. à n. 3.* aliique apud Reiffenst. *n. 15.* & desumunt ex constit. Bullæ Pii V. *ad exequendam* (quæ etsi revocata dicitur quòd ad parochias unitas monasteriis per Bullam Greg. XIII. tamen iterum ab eodem revalidatam etiam quòd regulares, refert Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 3. n. 79.*) ubi expresse, quòd dictæ congruæ summæ computatis omnibus etiam incertis emolumentis & aliis obventionibus communiter percipi solitis per Episcopos assignari soleant &c. Dum autem dicitur ex omnibus emolumentis intelliguntur etiam ea, quæ intuitu Ecclesiæ seu beneficii acquiruntur. Dum dicitur *per Episcopos assignari soleat*: sciendum, quòd arbitrium Episcopi in determinatione hujus portionis congruæ adhiberi aliàs solitum, etsi per ipsam Bullam Pii V. ita limitetur, ut non nisi inter centum & 50. scuta locum habeat, consideratis considerandis circumstantiis, habenda sit ratio moderni temporis, dum hodie vix centum aut 200. scuta sufficiunt ad honestam sustentationem Vica-

rii, cum olim tempore, quo edita dicta Bulla, sufficerent centum aut 50. ob mutata rerum pretia. Notandum quòd quantitas illa taxata à Pio V. fuerit pro sola persona parochi non item pro capellano & cooperatore simul, si unum vel plures parochianorum vel laborum multitudo exigit, quibus proin specialiter providere tenentur, qui ratione incorporationis seu unionis redditus parochiæ percipiunt, Ita bene Reiffenst. *à n. 21.* Dicitur autem ex incertis obventionibus communiter percipi solitis ad excludendas illas obventiones quæ omnino ex libertate populi dependent, nec communiter, nec ut debita, sed raro ab uno alterove dari solent, hæ enim in congrua portionem computari nequeunt eo ipso, quòd rarissimæ & incertissimæ sint. Dum contra recte in eam computari possint eæ, quæ communiter, & ut consuetudine debita percipiuntur, ita ut à parocho etiam peti possint, ad eas dandas populus ab Episcopo compelli; estque ratio hujus posterioris sententiæ, quòd, ut expressis verbis Pius V. *in cit. Bulla §. 2.* Ideò beneficia etiam curata fuerint unita & incorporata collegiis, capitulis, monasteriis aliisque locis piis, ut honestius & competentius subsistere possent, adeoque inde recipiendo emolumentum incumbenti illis onera facilius supportent, officiaque & opera ab iis præstati debita peragant. Unde si non nisi fructus certi in portionem congruam computari possent, sæpe parum aut nihil emolumenti ex beneficiis unitis haberent, ac ita uniones & incorporationes tales frustrarentur sine suo. Ita Reiffenst. *h. t. n. 17.* Neque dici potest, quòd ex incertis haberi non possit congrua certa, qualis esse debet Vicarii. præsertim perpetui constituti in Ecclesiis unitis; cum licet tales obventiones respectu certi & determinati temporis aut quantitatis, tamen ad aliquam saltem certitudinem computatis tribus aut quatuor retro annis reduci ita possunt, ut Vicarius de honesta sua sustentatione moraliter certus esse queat. In qua tamen reductione non debet summa, sed media vel infima quantitas, quæ tribus aut quatuor annis obvenire solita est, computari Reiffenst. *n. 20.* de congrua hac portione Vicarii plurima vide apud me *in foro benef. part. 1. à quest. 123. usque ad quest. 129. & in Indice V. congrua.*

TITULUS XXXVIII.

De Jure Patronatûs.

Titulus hic (ubi etiam de correspondente juri patronatûs, præsentatione & Institutione) fuisse & accurate à me tractatus & explica-

tus *in foro benef. part. 2. à quest. 11. ad quest. 197. quò lectorem remitto.*

TITULUS XXXIX.

De Censibus, Exactionibus & Procurationibus.

Quest. 939. Quid & quotuplex sit census.

Resp. ad primum: census, præteritis minus ulstatis ejus acceptionibus, sumitur primò, generalissime pro omni eo, quod annuatim in certa summa seu quantitate præstat alteri ut cum Host. *in sum. h. t. n. 1.* Pirh. *ibid. n. 1.* Secundò magis specialiter pro pensione annua, quæ vi contractûs, quo res alicui concedi-

tur pleno jure, nimirum translato dominio directo & utili in accipientem, reservatur, sive ex fructibus, sive in pecunia, sive in aliqua re æquivalente præstanda veteri domino Barbol. *ad p. 2. h. t. n. 4.* Molin. *tr. 2. de just. d. 381. n. 2.* Tertio pro annua pensione, quam præstat emphyteuta in recognitionem domini directi, qui & canon appellatur, Pirh. *l. c.* Quarto, pro redditu quem solvit annuatim colonus vel etiam inquilinus ex contractu locationis,